



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Fiducia erga Deum. 169

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

tati ferendis emicuit : & suam animus fortitudinem duabus in rebus præcipuè ostendit ; siue cum aduersa superare , siue cum arduis interritus niteretur occurrere. 167 Iam humanitas illi inerat ea, qua plerosque sibi omnes, & vel hostes suos obstringebat ; fractaque illorum peruicacia, quo quemque vellet, impellebat. 168 Si qua etiã laudabiliter incepisset, nullis difficultatibus tardari se sinebat, quin perfecta daret : Solitus eum in finem modos sedulo ac prospicienter quærere, quibus negotium expediret : atq; inuentis constanter vti. 169 Fiducia aduersus Deũ incredibile erectus, nunquam aliam, neque in carcere defensionem, neque ærumnis circumuentus, opem sollicitabat. Inde inter supremæ egestatis iniurias, cum præsertim sociis alendis omnia

H s defie-

defierent, cælo fretus, in speratō
omnia suppetere vidit. 170 Lin-
guæ non vim maiorem, quàm
moderationem ostendit. Et in a-
liis diiudicandis, aduigilabat
gnauiter, ne quem damnaret; ne-
ue de vitiis, etsi palam peruulga-
tis, aut loqueretur temere, aut
loquantibus auscultaret. Nam
prudenti quadam digressionē, ab
iis sermonibus diuertebat, qui
obtrectare vel vilissimorum fa-
mam videbantur. Hæc taliaque
IGNATIVM plurima commenda-
bant, quæ in aliis etiam singula
admirationem habuissent. Cete-
rum in studio precandi, necesse
habeo morari: quippe in ea vir-
tute, qua princeps quædã DEVM
inter atque hominem necessitu-
do coitur; & qua vna pleraq; cæli
dona in mortales corriuantur.

171 Inundari se deliciis inter
preces cum dissimulare non pos-
set